



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

21. An rebaptizantes aliquem sub conditione sint irregulares? Et an
infa[n]s ab Infidelibus captus, sit postea baptizandus sub conditione? Pro
quo casu adducitur pulchrum dubium, & multa explanantur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

in fin. consulto, cui Sayto de cens. lib. 7. c. 8. num. 23. Fernandez de Heredia disp. de Sacram. Baptismi, p. 4. dub. 2. num. 5. & alii apud ipsum.

2. Sed ego consulente ab irregularitate liberavi, sequens sententiam Nugni in 3. p. 9. 66. art. 9. concl. 6. Ioan. Valens in differentiis iuris que fori, ver. irregularitas. differt. 2. n. 1. Yribatna in 4. sent. tom. 1. disp. 6. q. 8. disp. 24. sect. 2. Fernandez in examine Theol. mor. p. 2. c. 10. §. 11. n. 1. Cabrera de Sacram. q. 66. art. 9. n. 18. & 19. Sylvi in 3. p. q. 66. art. 9. querit. 1. Possevini de offic. cur. c. 16. n. 18. Bartholomæi de Angelis in exam. confess. dial. 2. §. 129. Toleti lib. 1. c. 65. n. 5. Avila de cens. part. 7. disp. 7. dub. 3. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 31. sect. 6. dub. 5. & aliorum penes ipsos. Et ratio est, quia irregularitas non incurritur, nisi sit in iure expressa, ut habetur in c. 2. qui de sent. excomm. in 6. sed hæc irregularitas non habetur expressè in iure. Ergo. Probo minorem; nam in iure tantum ponitur irregularitas propter rebaptizationem, sed hæc non est rebaptizatio simpliciter, quia datur sub conditione. Ergo.

RESOL. XXI.

An rebaptizantes aliquem sub conditione sint irregulares?

Et an infans ab infidelibus captus sit postea baptizandus sub conditione?

Pro quo casu adducitur pulchrum dubium, & multa explanantur, que contingere possunt pro Baptismo in dicto casu & aliis. Ex part. 3. tract. addit. Ref. 10.

Probabiliter quoad ad primum negativam sententiam docui in part. 3. tract. 4. res. 9. & nunc iterum doceo cum Tannero in 3. part. disp. 4. q. 2. dub. 4. num. 120. & Homobono de Bonis in consult. cas. consens. vol. 1. part. 4. res. 153. sed non desinam hic adnotare contrariam sententiam, non solum quoad irregularitatem, sed etiam quoad poenam mortis impositam in l. 2. c. ne infans baptisma iteretur, docere Ioan. Præpositum in 3. part. quest. 66. art. 9. dub. 3. n. 103. ubi sic asserit: Adverte ut poena mortis propter rebaptizationem incurritur, aliquos requirere ut baptisma absolute iteretur, quia poena sunt restringenda? unde censent eum qui rebaptizaret sub conditione etiam sciens validitatem prioris Baptismi, non afficiendum extrema supplicio, quamvis graviter peccaret. Sed verius videtur, quod sit in fraudem legis apponeret conditionem sciens priorem Baptismum fuisse validum, & illicitum rebaptismum. posita illa poena affici, quia conditio non tantum in ordine ad culpam, sed etiam in ordine ad poenam potest conferri his circumstantiis tanquam non apposta, cum censetur apposta solum ad vitandam poenam, & de cetero alio exterior videatur exerceri animo heretico, & ex morali iudicio. quod Baptismus etiam ritè collatus possit repeti. Ita ille. Sed quidquid sit de hoc in foro externo, ego puto in foro interiori talem rebaptizantem sub conditione non esse irregularem. Sed obiter ponam hic pulchrum dubium, de quo his diebus interrogatus fui, & hæc est facti species. Quidam in Rhutenia provincia nascitur, in qua ejus regionis incolæ Christianam Religionem profitentur. Triennis Turcarum incurribus capitur, ut ipsi testantur, apud eos uti Turca educatur, crescit, vivit. Iterum à Hierosolymitanis Equitibus ad tiremes mancipatur, annis pluribus ut mancipium Turca vivit sua lege, servit. Is tandem Christianus fieri petit. Queritur, an de suscepto Baptismo dubius teneatur sub conditione baptizari?

2. Et prima facie negativè videtur respondendum, quia licet quando adest dubium an quis baptizatus fuerit, sit iterandus Baptismus sub conditione, ut patet

in c. de quibus, de baptis. & docet D. Thomas in 3. part. q. 66. art. 9. ad 4. Sotus in 4. disp. 6. quest. 8. Gabriel quest. 2. art. 3. dub. ult. Paludanus quest. 4. art. 1. post 2. concl. & Doctores infra citandi, tamen hoc procedit, quando dubium est probabile, ut observat Bizonzerus de Sacram. part. 3. c. 7. num. 18. Comitulus lib. 1. quest. 1. n. 2. Zambranus de casibus tempore mort. c. 1. dub. 2. num. 1. Estius in 4. sent. disp. 4. §. 15. Petrus à Sancto Ioseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 5. Præpositus in 3. part. q. 66. art. 9. dub. 2. n. 99. Valquez in 3. part. tom. 2. disp. 146. c. 3. num. 22. Petrus Ochagavia de Sacram. tract. unico de Sacram. Baptismi, quest. 11. num. 5. & alii communiter. Sed in nostro casu non adest dubium probabile de Baptismo non suscepto, nam quis potest probabiliter opinari puerum natum inter Christianos non esse baptizatum post tres annos suæ nativitatis? Ergo, &c. Quod confirmatur ex doctrina Sylvestri ver. baptisimus, 4. num. 7. Soti in 4. disp. 3. quest. unic. art. 9. Filiucci tom. 1. tract. 2. c. 6. n. 149. Ioan. de la Cruz in direct. part. 2. de sac. Baptis. q. 1. dub. 3. concl. 2. & aliorum asserentium quod expositi inter Christianos si ex ætate judicentur nati ante mensem, censendi sunt baptizati, ergo quanto magis censendus est baptizatus iste puer, qui in terra Christianorum natus, tres annos habebat, quando fuit ab infidelibus captus, igitur dicendum videtur supradicto consulenti non esse adhibendum Baptismum cum conditione.

3. Neque his obstat c. parvulos, de consecrat. disp. 4. D. Leo. in Epist. 37. ubi asseritur parvulos à parentibus subtrahos, de quibus nescitur an fuerint baptizati baptizandos esse, si non inveniuntur testes de eorum Baptismo. Nam respondeo cum Valquez in 5. part. tom. 3. disp. 66. art. 9. c. 3. n. 25. Barbosa in Collection. tom. 1. lib. 3. tit. 42. c. 2. n. 5. & aliis quod canon citatus, & D. Leo loquuntur de illis, qui in parva ætate, à Barbaris capti fuerunt, & certum non esset in ea baptizati à fidelibus parentibus consuevisse. Sed in nostro casu scimus dictum parvulum fuisse captum in ea ætate, in qua omnino certum est fideles consuevisse baptizare infantes, nam fuit captus ætatis suæ anno tertio. Ergo, &c. & ideo Coninch. de Sacram. quest. 66. art. 9. dub. 1. n. 97. asserit quod si constaret tales infantes à Barbaris captos iusto tempore à fidelibus educatos fuisse, omnino presumendi essent esse baptizati. Ita ille. Sed hoc accidit in casu nostro, ergo, &c.

4. His tamen non obstantibus puto in supradicto casu adhibendum esse Baptismum sub conditione, nam tota vis argumentationis pro parte negativa superius posita consistit in eo, quod dictus infans fuit captus ab infidelibus in ea ætate, in qua moraliter impossibile videtur non fuisse baptizatum, sed hæc veritas constat ex testibus infidelibus, qui hoc dicere poterunt, ut postea talis à Christianis captus non baptizaretur; vel absolute dico non esse testes fide dignos, ergo non est eis credendum, nam quæ fides adhibenda est eis, qui fidem non habent? Quod à fortiori evidenter probatur ex doctrina Petri Ochagavie de Sacram. tract. unico de Sacram. Baptismi quest. 11. n. 8. & Valquez loco cit. num. 16. Ioan. de la Cruz, & aliorum asserentium, quod si infantes exponerentur inter infideles in Ref. 19. qui baptismum execrantur, tunc etiam si secum haberent testimonium asseverans eos esse baptizatos, essent saltem sub conditione baptizandi, quia tale testimonium suspectum esse posset; inde ait Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 66. art. 9. concl. 2. si testis non sit ita fide dignus, vel quia inimicus est, vel alia ratione, debet Baptismus iterari sub conditione; ex quo asserit Coninch, Valquez, Ochagavia loc. citatis, Paludanus quis. paulo in 4. disp. 6. quest. 4. art. 3. post 1. conc. n. 6. in fine, post init. à Zambranus de casibus temp. mor. cap. 1. dub. 1. num. 9. vers. Namque Villalobos

Sup. hoc in §. not. præterit. & in alijs not. a dictis.

Sup. hoc sup. §. post med. & inf. in Ref. 42. §. Sed diff. 4. Sed ali. & in tom. 1. tr. 1. Ref. 80. §. Sed ali. quis. paulo

Villalobos in *summa*, t. 1. tract. 5. diff. 7. n. 4. Suarez tom. 3. disp. 22. sect. 2. Ledesma in *summa*, tom. 1. de sacram. Baptis. cap. 5. diff. 2. & alii communiter ad tollendam dubitationem rationem, quod aliquis non sit baptizatus, opus esse testificatione testis fide digni, qui asseveranter affirmet se eum baptizari vidisse. Si ergo testis non est fide dignus, etiam si testificetur de ipso Baptismo, non sufficit, neque ei credendum est. Quanto magis credendum minimè est in casu nostro testibus infidelibus Baptismum execrantibus, qui non testantur de ipso Baptismo, sed tantum de quodam facto, ex quo si verum esset, oriretur probabilitas ipsius Baptismi. Sed ego plus addo, quod etiam si dicti testes infideles asseverarent supradictum infantem fuisse baptizatum, non esset eis credendum, & ita in specie docet glossa celebris in cap. cum itaque, de consecrat. dist. 4. quem sequitur Ioan. Sancius in *selectis*, disp. 34. num. 8. ubi asserunt dubitanti de suo Baptismo non esse iterum ministrandum, si unius testis dicto constet collatum fuisse, nisi testis sit infidelis, aut Iudæus, quia tunc præsumitur testimonium ferre injuriam Baptismi, sive baptizandi, ut scilicet alter sine Baptismo remaneret. Non sunt supradicti testes infideles fide digni ut ex eorum testimonio, in casu quo controvertimus, non sit Baptismus cum conditione adhibendus. Et ita ego sentio, salvo semper meliori iudicio.

RESOL. XXII.

An laicus celebrans Missam, & solemniter baptizans, vel sacramentaliter absolvens incurrat irregularitatem?

Et an in dicta irregularitate contracta à solis Clericis, si non Sacerdotes confessiones audiant &c. ut ascendat ad superiores Ordines, solus Papa dispensare possit, in susceptis vero ut ministrent, proprius Episcopus?

Et quid, si delictum occultum sit, an tunc Episcopus dispensare possit ad ultiores Ordines?

Et an per Bullam Cruciatæ quoad utrumque effectum hæc irregularitas tolli possit? Ex part. 4. tractat. 2. Ref. 77.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmativa sententia suadetur ex cap. 1. de cler. in ordin. ministran. ubi generaliter dicitur: *ut si quis ministraverit, &c. ita hanc sententiam docet Gayantus in enchirid. Episc. ver. irregularitas, n. 58.* Paludanus, Sylvester, Scotus, Navarrus, Suarez, sed lege eam Valencia, & alii, quos citat Sayrus de *conf. lib. 7. cap. 10. num. 6.* quibus adde Avilam de *conf. part. 7. dispur. 9. dub. 15.* Hurtadum de *irregul. disp. 2. diff. 2. n. 5.* Ledesnam in 2. parte quartæ, *quæst. 47. art. 73. dub. 5.* 2. Sed Sayrus merito negativam tenet opinionem quam novissimè tuetur etiam Petrus Cornejo in 3. part. D. Thom. tract. 5. de *irregularitate, disp. 7. dub. 2. quæst. 1.* Bonzina de *conf. disp. 7. quæst. 3. punct. 6. n. 1.* Henriquez lib. 2. cap. 29 §. 1. & lib. 14. cap. 6 §. 1. & alii, quia textus loquuntur tantum de Clericis, & ideo dicendum est quod laicus solemniter baptizans, aut Missam celebrans, vel absolutionem sacramentalem conferens, fingens se Sacerdotem, non incurrit irregularitatem; & ad cap. 1. ad huc tum respondeo esse intelligendum juxta titulum, sub quo ponitur; ergo cum ponatur sub titulo de Clerico non ordinato ministrante, de Clericis & non de laicis intelligendum est.

Sup. hoc inf. 3. Verum in dicta irregularitate contracta, ut diximus, à solis Clericis si non Sacerdotes confessiones audiant, vel Missas celebrent, ut ascendat ad ultiores Ordines solus Papa dispensare potest; in susceptis vero ut ministrent proprius Episcopus, quod si deli-

ctum occultum sit; etiam quoad ultiores Ordines dispensare potest, per Bullam autem Cruciatæ potest hæc irregularitas quoad utrumque effectum tolli, quia in Bulla habet rationem censura. Et hæc omnia docet Petrus Cornejo ubi supra quæst. 2.

RESOL. XXIII.

An stando in opinione Doctorum asserentiam laicum non posse in articulo mortis, absente Sacerdote, infirmum communicare, an inquam, si hoc faciat, incurrat irregularitatem?

Et an si Subdiaconus administret Eucharistiam extra extremam necessitatem, irregularis maneat?

Et an Diaconus ministrans Eucharistiam incurrat irregularitatem, si id faciat sine commissione Sacerdotis & extra extremam, vel gravem necessitatem?

Et an Diacono ex officio competat Eucharistia dispensatio?

Et quid de dispensatione sanguinis?

Difficultas vero est, an nulla urgente necessitate possit Diaconus jussu Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare?

Et an adhuc in casu necessitatis possit, prohibente Sacerdote, vel Episcopo, Diaconus ministrare Viaticum?

Et an sit licitum Diacono, absente, vel deficiente Sacerdote in die Parasceves in Altari Hostiam consecratam consumere, & reliquis ceremoniis peragere?

Et an possit Diaconus Hostiam consecratam ex Altari deferre ad sepulchrum in die Parasceves, sicut potest idem Sacramentum ex uno Altari ad aliud transferre?

Et tandem cursum inferitur, quod laicus solemniter baptizans non sit irregularis; & fingens se Sacerdotem & absolvens sacramentaliter, non sit irregularis; nec erit irregularis laicus, qui cum sola, & superpelliceo concione habuerit in Ecclesia tanquam Diaconus. Ex part. 11. tract. 7. & Miss. 7. Ref. 44.

§. 1. **A**ffirmativè videtur respondendum, quia laicus ministrans in ordine, quem non habet, incurrit irregularitatem ex cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato admin. & ita docet Suarez 3. part. tom. 1. de *irregul. 3. disp. 3. sect. 4. sub fine, & tom. 5. disp. 42. Gordon. de *irregul. lib. 7. quæst. 18. n. 102.* Valent. tom. 4. disp. 4. quæst. 2. punct. 1. Filliuc. tract. 20. num. 208. Non. disp. 18. n. 45. Hurtad. disp. 2. diff. 1. Avila disp. 9. sect. 2. dub. 1. in ultima limitatione; qui sequuntur Paludanus in *ordin. 4. d. 5. quæst. 2. sect. 1. concl. 2.* Anton. 3. part. tit. 29. cap. primo, sub princ. Sylv. verb. *irregularitas* quæst. 12. Allegans Calder. Navarr. c. 29. n. 242. Taberna, verb. *irregularitas* 4. initio. Majol. lib. 4. cap. 13. n. 4. Præposit. quæst. 5. de *irregular. dub. 6.**

2. Sed ego existimo satis probabilem opinionem contrariam, quam in terminis casus nostri tenet Dicastillus de *Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 11. dub. 5. num. 97.* ubi sic ait, Certissimum est, quod si subdiaconus administret Eucharistiam extra extremam necessitatem irregularis manet, quia omnis Clericus ministrans in ordine, quem non habet, sit irregularis, cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato administ. & de laicis valde probabile est incurere irregularitatem, si eam administrent extra extremam necessitatem propter jura citata, ut cum Navarro cap. 27. numero 242. & aliis docet Suarius tom. 3. disp. 31. sect. 4. in fine & latius tom. 5. disp. 42. sect. 4.

3. Quamvis probabile etiam sit non incurere irregularitatem, laicum exercentem actum ordinis, quem non habet; quia textus loquitur de Clerico. Ita ille.

Et